

DISPUTATIO VII.

De Actu exteriori Fidei.

Ad questionem 3. D. Thomae.

Considerato actu interno fidei, superest ut de actu eius exteriori disputemus...

ARTICULUS I.

An exterior fidei confessio sit actus elicitivus a fide, vel dimittat imperatorem?

Valentia hic q. 3. puncto 1. negat exterioram fidei confessionem esse actum ab ea elicitum...

S. I.

Conclusio affirmativa statuitur.

Deo tamen Exterior fidei confessio a virtute fidei elicitor, & non solum imperatur.

- 96 Probat primo ex D. Thomae hic art. 1. in corp. ubi sic habet: Sicu' conceptus interior animi...

97 Probat secundo ratione, quam S. Doctor ibidem insinuat: actus imperatus ab aliqua virtute...

98 Confirmatur: Exterior fidei confessio est ex inclinatione talis virtutis, qua primario inclinatur ad attendendum...

99 Probat tertio conclusio, & simul praecipuum Adversarium fundamentum convertitur: Si quid oblatret ne exterior fidei confessio elicetur...

Confirmatur ex Cajetano infra quest. 84. art. 4. ubi sic dicitur: Virtuti attribuitur ut proprius actus...

Secundo probatur eadem Minor ratione: Quamvis habitus fidei sit in intellectu, ut tamen actus externus confessionis ipsius ab ea elicitive procedat...

S. II.

Solvuntur objectiones.

Objiciet primo: Negare exteriori fidem, non est actus elicitivus ab infidelitate: Ergo nec illam constantem exteriori, erit actus a fide elicitus...

Confirmatur: Haeretici saepe exteriori consentunt fidem, & tamen talis eorum confessio non est actus elicitivus a fide...

Negare exteriori fidem, non est actus procedens ex interiori incredulitate, ut contingit in Petro & Marcellino, qui Christum non negarunt interiori, sed tantum exteriori...

Objiciet secundo: Habitus fidei illum duntaxat actum elicit, qui est a potentia, in qua subiectatur: Sed Confessio exterior fidei non est actus potentiae, quia fit subiectum habitus fidei...

Respon-

106 Respondeo negando Majorem: Sicut enim, ut jam dixi, fluxus & refluxus maris est elicitive non solum a mari, sed etiam simul a caelo...

107 Instabis tamen: Fides non potest producere extra intellectum modum participationis sui virtutis: Ergo nulla solutio. Consequentia patet: Antecedens vero probatur...

108 Respondeo negando Antecedens: ad cuius probationem dico, quod licet actus intellectus sit ex sua essentia formaliter immanens...

109 Urgebis adhuc: Quando virtus vel potentia superior imperat inferiori ipsius actum, aliquid ei imprimit, quo actus elicit suam operationem ordinatam ad finem imperantis...

110 Respondeo distinguendo Antecedens: Quando virtus sita potentia superior imperat inferiori ipsius actum, aliquid ei imprimit quo elicit suam operationem ordinatam...

ARTICULUS II.

An deus preceptum confitendi fidem, & quandomodo fideles peccent contra illud?

Deo primo, duplex esse preceptum professionis externae fidei: unum affirmativum de fide externi profitemur, quando id necessarium est...

Prima pars hujus assertionis est evidens: nam ut dicitur D. Thomae hic art. 2. Praecepta affirmativa non obligant ad semper, nisi semper obligent...

Dico secundo, preceptum affirmativum de fide exteriori profitemur non obligare fideles, data quavis profitemur occasione, sed tantum in quibusdam casibus...

Quinque ergo exitimo dari casus, in quibus preceptum affirmativum de fide exteriori profitemur, obligat fideles. Primus est ille quem D. Thomas adducit, nimirum quando omisso confessionis fidei cederet in injuriam fidei...

Secundus: quando quis Ecclesiae corpori aggregatur, & velut inseritur: quod in nova lege fit per baptismum, in quo cum praesentantur interrogationes de fide quam profitemur...

Tertius: quando homo est in articulo mortis, si sit tunc rationis compos: hoc enim est receptum Ecclesiae consuetudine, ut homo seipsum contra tentationes gravissimas, quae tunc solent obrepere, securo fidei praemunat...

Quinto, ratione caritatis interdum ad confessionem fidei tenemur, v. g. quando aliquis videt alios ab haereticis depravari, nisi ipse fidem teneatur ad profiteatur, tunc ex precepto illo quo Deus unicuique mandat curam habere de proximo...

Secunda pars conclusionis est contra Tertullianum, in libro de fuga in persecutione, ubi docet non esse licitum fugere, vel se occultare tempora persecutionis. Sed oppositum ex Scriptura aperte colligitur: nam Matth. 10. Christus dicebat Apostolis: Cum autem persequerentur vos in civitate illa, fugite in aliam...

Dico tertio, preceptum negativum de fide non neganda, & nihil unquam agendo exteriori quod fidei repugnet, obligare semper, & pro semper: subindeque hominem graviter peccare, si exteriori neget fidem, quavis cum in corde retineat...

